UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNTA||XIS LINGVAE GRAECAE,|| IOANNE VARENNIO || Mechliniensi Au/||tore.|| PRAETEREA ANNO-||tatiunculae paucae ad praecepta Synta=||xis Varennianae, per IOACHI-||MVM CAMERA-||RIVM.|| ... ||

Varennius, Joannes

Basileae, 1536

VD16 V 385

Εις.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69674

Visual Library

δέοντι, opportune. ἐν ἀκαρεῖ, ſubito, momento. ἐν βραχεῖ, paucis, in ſumma. ἐν κύκλῳ, circũ, circa, undiq;, in uniuerſum, nullo prætermiſſo. ἐν ὀλίγῳ, ſummatim. ἐν παραβύστῳ, latenter, ἐν παρόδῳ, obiter. ἐν τούτῳ, interea. ἐν τῷ παραυτίκα, ἐν τῷ παραχρῆμα, id eſt, ἐν τῷ παρόντι, in præſentiarũ. ἐν χρῷ, ἐν χρῷ, ad cutem, ad uiuũ propè. ἐν ᾧ, quando.

ΕΙΣ.

Εἰς communiter, ἐς Attice, ſemper accuſatiuo conſtruitur, ποιεῖσθαι εἰς ἑαυτόν, periculi ſui facere, εἰς τὸ ἔσχατον, ad ſummum diſcrimen, εἰς τετάρτην, die tertio. εἰς πέμπτην, die quinto, εἰς τοὔμπαλιν, in contrarium. εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος, pro uirili. εἰς νέωτα, in futurum, in ſequentem annum, & deinceps aduerbialiter. εἰς κόρακας, ad coruos.

Cæterum, εἰς ᾅδου, εἰς διδασκάλου, defectiue dicuntur, quemadmodum de ἐν præpoſitione dictum eſt. Quomodo & Terent. in Adelph.

Vbi ad Dianæ perueneris.

In rebus q̃dẽ inanimatis maxĩe utendum

dum eſt εἰς. In rebus uero animatis πρός. πορεύομαι εἰς ἀγορὰν, eo in forum. πέμπω χρυσίον πρός σε, mitto aurum ad te.

Etiam εἰς utimur in laudem & relationem, ἀνήνεγκε εἰς ἄρχοντα, retulit ad prætorem. ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα, hymnos in laudem Apollinis. πρὸς uero, ubi ſignificabimus aduerſari, πολεμεῖ πρὸς ὁμόρους, belligeratur aduerſus finitimos. In qua ſignificatione inuenitur quãdoq; & εἰς, ἠγνωμονήκεσαν εἰς ἡμᾶς, ingrati fuerunt in nos.

Quandoq; ſignificat uſq;, εἰς ἐμὲ, uſq; ad ætatem meam. Quandoq; apud, εἰς τοὺς Μακεδόνας, apud Macedones. Quandoq; circiter, εἰς ἄνδρας διακοσίους, circiter ducentos uiros. Quandoque ob, εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν, ob ignobilitatem conuitiari.

Ponitur præterea pro ἐν, εἰς τὸ παρὸν, pro ἐν τῷ παρόντι, quod dicitur tam de tempore quo loquimur, quàm de alio inſtãti, pro eo quod eſt, in præſens. Chryſoſt. εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, pro ἐν στήλῃ χαλκῇ.

κοῦ. Marci 2. καὶ ἠκούσθη ὅτι εἰς οἶκόν ἐστι, & auditum eſt, quod in domo eſſet.

Capitur etiã unà cum ſuo caſu quandoq; aduerbialiter, εἰς τὰ μάλιστα, εἰς τὰ πρῶτα, εἰς τὰ ἔσχατα, εἰς τὸ ἀκριβέστατον, εἰς ὑπερβολὴν, σὺν τοῖς μάλιστα, ſumme, maxime. εἰς δύναμιν, quàm potuit maxime. εἰς δέον, oportune. εἰς καλὸν, cõmode. εἰς ἕν, ſimul: ſicut Latini dicunt, conuenire in unum. εἰς ἅπαξ, εἰς τὸ ἅπαξ, ſimpliciter, omnino. εἰς ὅσον, quandiu.

Ἐκ.

Ἐκ præpoſitio eadem quæ & ἐξ, ſed illa utimur conſonante ſequente, hac uocali: & utraq; genitiuo iungitur, ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, è plauſtro loqui. ἐξ ἀπραξίας πράγματα, ex ocio negocium. ἐκ τῶν διὸς δέλτων, è Iouis tabulis. ἐκ λύκου στόματος, ex ore lupi. ἐκ παραλόγου, ex inſperato. ἐκ παραλλήλου, per alternitatem: uel, ut Gellius ait, ex geminatione. ἐκ παρέργου, extra propoſitũ. ἐκ παραβλώπης ὁρᾶν, obliquis oculis uidere. ἐκ ῥίζης, à radice, ab initio. ἐξ ἀκολουθίας, ex ordine, ex congrua conſequentia. ἐκ νέας, ἐκ νέου, ἐκ παίδων, ἐκ παι-